



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Cap. 64.

---

<urn:nbn:de:hbz:466:1-64160>

Cap. 62.

**S**ed vero ciuidem mulieris fraude veneno perijt.  
**R**iskaque postea cum aliquo Langobardo apud  
**R**auennam fugaciter de ciuitate Verona, vbi  
 virum occiderat, egrediebatur: pariter in itinere appre-  
 hensi interfecti sunt.

Cap. 63.  
d al. Calip.

**C**ongobardi regem nomine **Clip** super se eli-  
 gunt. **P**rorumpentibus Langobardis in Gallias  
**A**matus **Patricius** ab ipsis interficitur. **E**t à Bur-  
 gundionibus multæ ibidem strages factæ sunt. Post Ama-  
 tum Mummolus **Patriciatum** assumpsit.

Cap. 64.

e al. Stipholo-  
nem.

**D**ruentibus iterum Langobardis in Gallias: cum  
 quibꝫ Mummolus fortiter dimicauit, & vsq; ad in-  
 teracionem opprescit. Pauci ex eisdem Italiam  
 repedant. Saxones quos Theodebertus in Italiam mis-  
 erat, in Gallias prorumpunt, apud **e** Stipholonem castra  
 ponentes multæ strages per vicinala ab ipsis perpetrā-  
 tur: qui à Mummulo superantur, & in Italiam fugaciter  
 reuertuntur. Amisis omnibus quæ prædauerant **Saxo-**  
**n**es, vxores & liberos in Gallias destinant, vt à **Sigiberto**  
 regere recepti, in loco vnde exierunt, redirent. Venientes in  
 territorium **M**uennico Mummulus protinus obuiam ve-  
 niens Rodanum transire non permittebat: postea acce-  
 sal. à **Sigiberto**. ptis muneribus transire eos permisit. **f** Ad **Sigebertum**  
 pergentes in loco, vnde prius regressi fuerant, sunt stabi-  
 liti. Postea defuncto Clip, Langobardorum duces Cha-  
 mozaban & Rodanus Gallias irruperunt. Quibus ob-  
 uiam Mummolus cum exercitu venit, & hos tres duces  
 cum eorum exercitu usque ad interacionem deleuit. In  
 alio anno Mumolus cum exercitu Turonis ac **Pictauis**,  
 iubente Gunthramno, de potestate Chilperici abstulit, &  
 ad

ad partem Sigiberti restituit. Multi ibidem de exercitu Chilperici & ipsis Pictauensibus sunt gladio trucidati: Thaloardus & Nuncio duces Langobardorum per ostio-  
la in Sidonense territorium cum exercitu sunt ingressi,  
ad Monasterium Sanctorum Agaunensium nimiam faci-  
entes stragam Baccis villa, nec procul ab ipso monasterio,  
& duces eorum exercitus à Violico & Theudofredo duci-  
bus Gunthramni sunt interfecti g al. quadra-  
ginta millia tantum.  
illis fugaciter Italiam remeant.

**G** Hlodoueus filius Chilperici Burdegalem perua-  
dit; à Sigulfo duce superatus, fugaciter ad patri-  
am redit. *Caput 65.*

**G** Hilpericus Pictauos & Thuronus de regno Sige-  
berti peruaudit, & Sigulfum ducem in fugam ver-  
tit, suumq; exercitum prostravit. Chilpericus ci-  
uitates quas peruaferat, eas Sigiberto reddidit. Post an-  
num Chilpericus cum exercitu multo regnum Sigiberti  
ingreditur: sed intercurrentes legati pacificati sunt.

**P** Ostea inientes consilium, amboq; mouentes ex-  
ercitum volentes Guntramnum interficere, reg-  
numq; eius assumere, Sigibertus cum exercitu  
Arciaca residens, Chilpericus duodecim pontes. Audi-  
ens hæc Gunthramnus exercitum velociter mouit, veni-  
ensque villam Veriaco, intercurrentibus legatis, hi tres  
germani, Sigibertus, & Gunthramnus, & Chilpericus  
Trecas vixerunt. Et in Ecclesia sancti Lupi sacramenta  
côtra Guntramnum, ut pacem seruaret, dederunt. Gun-  
tramnus idemq; cum eis pacem sacramentis firmavit. Re-  
deuntes ad caltra Australij aduerlus Sigebertum rumo-

Tunc tem